



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 65. Octo Conclusiones in Congregatione generali acceptandæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

dicarent, quam ut media, quæ opportu- Sæcul. XV.  
 ne adhibenda, ignorare crederent: si fides A. C. 1439.  
 periclitari videretur, & se juncta cum  
 Synodo opera occurrenti necessitati se-  
 dulo prospecturos, de cetero sui muneris  
 duntaxat esse, membra Concilii defendere,  
 & fidem publicam inviolatam tueri. Hoc  
 responso Burgensem Episcopum dimise-  
 runt.

§. LXV.

*Octo conclusiones in Congregatione  
Generali acceptandæ.*

Interea Basileenses normam decreti post-  
 ea promulgandi unacum illis octo Con-  
 clusionibus, quæ prius memoratæ & a  
 deputationibus approbatæ fuerant, tran-  
 scribi curarunt. Verum ita exigente Sy-  
 nodi lege, omnino necesse erat, ut hæc  
 ipsæ conclusiones a duodecim Viris ad  
 hoc denominatis prælegerentur, nec-  
 non Sessio celebraretur, in qua illæ actis  
 Synodalibus infererentur. Ceterum Ba-  
 sileensibus hoc negotio occupatis, & de-  
 creto mature examinato, demumque ad  
 limam revocato, Principum Oratores Mo-  
 guntia redibant, atque habitis inter se  
 crebris collationibus, illius promulgatio-  
 nem omnibus viribus impedire statuebant.  
 Nihilominus Basileenses Oratorum confi-  
 lia edocti, Congregationem Generalem ad  
 diem Sabbati nonam Maji indixerunt.

Magna

Sæcul. XV.  
A. C. 1439.

Magna erat concurrentium frequentia, & utraque pars ad sententiæ suæ defensionem obfirmatum exhibebat animum. Cum ergo hac die forma decreti concludenda esset, & Cardinalis Arelatenfis coetum valde numerosum, non duodecim illos Deputatos, qui pro legendis conclusionibus destinati erant, concordatis consensisse cognosceret, ad præcavendos tumultus, atque clamores, qui forte suboriri possent, e vestigio Concordatum prælegi jussit, postmodum futuræ Sessionis diem inducturus. Quod ut intellexerunt Oratores, ac Principum Delegati, qui a Lubecensi Episcopo in choro majoris Ecclesiæ ex industria detinebantur, indigitate rei commoti abscedebant, & ingratam concionem in graves, apertasque querelas de injuria sibi illata erumpebant.

§. LXVI.

*Provinciarum Deputati conclusionem revocari postulantes.*

Horum primus conclusionem omnino revocari a Synodo petiit, vicissim promittens, se ea lege pacis conciliatorem exiturum, quinimo Concilium omni modo protecturum. Archiepiscopus Turonensis videri sibi dicebat, usque ad Sessionem liberam esse dicendi omnibus facultatem adversus eam, quæ promulgari deberet, legem; rem esse

*Æn. Sylv.  
loc. cit.*